



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. VII. Licentiam ingrediendi monasterium monialium quis dare possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

^{2.} Neque
præmia cul.
pa eo iure
privata.

^{3.} Nec mo-
niales ad-
mitentes
sunt ex
communi-
cata.

eo quæ non excusandus: ex l. simu-
lier. 21. D. quod metus, quia ab asy-
lo iure hæc causa non excludit. vt
patet in reis grauissimorum cri-
minum, non exceptorum per con-
stitutionem Greg. XIV. super im-
munitate ecclesiarum latam. ius asyli
est, tam ut profugere eò liceat,
etiam ex literis sacris; quam ne
confuga extrahatur. *wide Conar. var.*
t. 2. c. 20. sed neque moniales ad-
mittentes, quamvis immertem
incurrunt excommunicationem.
cum ius illam eis non infligat.
Sanches in decal. lib. 6. c. 16. n. 18.
Bonacina de clausura. q. 4. p. 6. prop.
2. n. 23. sed poenam Iudicis arbitrio permittat.

RESPONSVM VII.

Licentiam ingrediendi mo-
nasterium monialium
quis dare posuit?

^{1.} Episcopus
& Superior
regularis.
sed qualis?

Dare, inquit Conc. Trid. de regal. s. 25. c. 5. tantum Episco-
pus, vel superior licentiam debet, in
casibus necessarijs, neque alius vlo modo
posuit: etiam vigore cuiuscumque fa-
cilitatis, vel indulti. Superior in
exemptis regularibus quasi Episco-
palem jurisdictionem habens à
multis intelligitur: ne abbatisse,
quamvis superior sit, c. dicit. X. de
excess. prælat. prudentiæ muliebri
id commissum censeatur. Zuar. t.
4. de relig. l. 1. c. 10. n. 14. Azor. t.
1. l. 13. c. 8. q. 7. Rodrig. q. regul. t.
q. 46. art. 2. Sanches in decal. t. 1. l.
6. c. 16. n. 21. 22. Tamburin. de iur.
Abbatis. d. 23. q. 3. & citati à Barboſ.
in Collect. DD. ad c. 5. s. 25. de regal.
Conc. Trid. n. 68. quibus fauet c. pe-
riculoſo de itat. regul. in 6. vbi quo-
niam in materia curandę clausuræ
Episcopis opponit Abbates, &
aliros tam exemptos, quam non

exemptos prælatos: quod non cor-
rigit Trid. de reg. c. 5. sed Episcopo
æquipar Superiore; alium ex-
cludit, indultis forrè nixum. at
monasterium de quo agimus, præ-
ter excepta, exemptum est: & hæc
ingressus permittendi licentia in
bullis exemptionis non est excep-
ta. <sup>An hic
Confessor
generalis?</sup> imò Conc. Trid. s. 25. de regul.
c. 9. vult exemptas à regularibus re-
gi solitas, sub eorum cura relin-
qui. igitur spectat ad regularē
superiore licentiæ concessio,
imò multi negant in exemptis, qui
regularē superiores habent, Episcopis
villam esse potestatem quo
ad clausuram. Tamburin. de iur. ab-
batis. d. 24. q. 9. n. 5. quos iuuat d.
5. & quoniam. et si & d. c. 5. con-
tra facit, in verbis in monasterijs ſe-
bi ſubiectis ordinarij, in alijs &c. si
ergo hic confessor generalis est
prælatus, & superior, iuxta declara-
tionem Martini V. vt ex Regula
cap. 14. ipſe alios confessarios or-
dinat; aliaque iuxta constitutio-
nes spiritualis prælaturæ negotia
disponit, si referendus utique non
videatur absolute inter superiores
authoritatem quasi Episcopalem
habentes; faltem clausuræ cura
in primis ad eum pertinet. vt ge-
neratim in spiritualibus caput est,
& regimen ei competit, ex regula
& fundatione huius monasterij.
adeoque ad eum facultas ea spe-
ctat. quemadmodum & tradunt
citati à Barboſ. ibid. n. 71. si prælato
particulari authoritate apostolica
monasterium ſubiectum fit, ad
hunc, non ad Generalem, aut Pro-
vinciale, spectare huiusmodi
licentiæ concessionem. vnde &
ſicuti alij Superiores regulares, &
Episcopi, vt alij, ita & ſibi ipſis,
cum cauſa exigit, nec aliter sine
poenarum periculo, Tamburin. d. q.
9. cam dare poſſunt, ita & hic con-
fessor generalis.

N RE-